

330.

1246 d. 9 Jun.

Lyon.

Påfv. INNOCENTIUS IV:s Bref till f. d. Biskopen i Bosnien, d. v. allmänna Styresmannen för Dominicanerne, angående dennes Embetsrättigheter öfver Ordens medlemmar.

A. 1. d. 35.

INNOCENTIUS episcopus seruus seruorum dej. Venerabili fratri . . Episcopo quondam Bosnensi Magistro et Dilectis filijs fratribus ordinis Predicatorum Salutem et apostolicam benedictionem. Odore suavi ordinis uestri continue recreati, eum non immerito fauore speciali prosequimur et ipsius exaltationem plenis desiderijs affectamus quietem ei et alia diligenti procurare solertia intendentes per que semper obtatum auctore domino suscipere ualeat incrementum. Hinc est quod nos uestris supplicationibus annuentes, ut tu frater Episcope ac Magister tuique successores fratres tuj ordinis qui ad predicandam crucem uel inquirendum contra prauitatem hereticam seu ad alia hujusmodi negotia sunt uel fuerint ubicumque a sede apostolica deputati, remouere seu reuocare, penitus transferre ipsisque quod superseant iniungere, aliosque substituere cum expedire uideritis licite ac libere ualeatis, & in eos si contra uenerint censuram ecclesiasticam exercere. ac quilibet Prior Prouincialis eiusdem ordinis id ipsum in sua prouincia circa fratres ipsius ordinis quibus in illa similia contingit ab eadem sede, committi facere possit, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo &c. nostre concessionis &c. Datum Lugduni. V Jdus Junij Pontificatus nostrj anno Tertio.

Blybullan hänger i röda och gula silkestrådar.

331.

1246 d. 16 Jun.

Lyon.

Påfv. INNOCENTIUS IV:s öppna Bref till Ärke-Biskopar, Biskopar m. fl. att befordra den till kätteriers utrotande inrättade Predikare-Orden, men att, om någre af Bröderne skulle för enskilt vinning hålla predikningar, då gripa och straffa dem.

A. 1. d. 36.

INNOCENTIUS episcopus seruus seruorum dei. Venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis et dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Prepositis, Archipresbiteris et alijs ecclesiarum Prelatis ad quos littere iste peruenierint Salutem &c. *lika med N:o 249 till* deuote suscipiant ammonentes in suis eis necessitatibus liberaliter assistatis. nec impediatis quominus illi qui ad eorum predicationem accesserint, tunc eorum sacerdotibus ualeant confiteri, quatenus ad predicta suscipienda, &c. *och vidare till* Datum Lugduni. XVI. kal. Julij Pontificatus nostrj Anno Tertio.

Blybullan hänger i segelgarnssnöre.

*Sv. Diplom.*